UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 5. Constantini junioris obitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66022

Visual Library

Sæculum IV. A.C. 338.

ſua cauſa quosdam Presbyteros Roma miſit, quos, jam jam urbem ingreſſu eſſe, ubi Macario relatum, timens, ne cauſa Piſti probroſe convinceretur, ctu, quamvis ægrotaret, & a Papa ex ctaretur, exceſſit, Martyrio, & Heſic remanentibus. Miſſi a S. Athanaſio, pam docuerunt, hunc, quem Epiſcop dicerent, Piſtum ex primis Arii Diſci lis eſſe, ipſum, & Secundum Ptolem denum, ejus Ordinatorem, a S. Alexa dro primum, & deinde a Concilio N cæno fuiſſe excommunicatos; nec tam fuit Martyrii Diaconi audacia, ut neg ret. Similiter omnia accuſationis ca ta in colloquio publico coram S. Ponti ce magna Euſebianorum confuſione d luerunt. Tandem Euſebianorum Del gati Papam rogarunt, Concilium conv caret, quo Athanaſius, & accuſatores jus comparere tenerentur, ibi ſe accuſa tionis argumenta prolaturos. Papa, con ditionem accipiens, utrique parti ſcripſi & S. Athanaſium privatim monuit, u adeſſet.

Jul. ap. Ath. Apol. 2. p. 741. Ad ſolit. p. 819.

§. V.

Conſtantini junioris obitus.

Socr. ibi. c. 5. Zoſim. L. 2. p. 692. Victor. Epiſt.

Conſtantinus junior, reſtituto Athana ſio, haud diu ſuperſtes fuit. Orta propter Africam, & Italiam lite, Con ſtans, quo melius falleret, tribus annis i ram

ram in fratrem diſſimulabat, tandem ſciens eum terras Ditionis ſuæ ingreſſum, copias miſit, quaſi fratri Conſtantio, bellum in Perſas moventi, auxilium laturas; ab his Conſtantinus ex improviſo obrutus, haud procul Aquileja occiſus eſt, Acyndino, & Proculo Conſulibus, id eſt, anno 340. Provinciis, quæ fratris fuerant, a Conſtante receptis, univerſum Imperium in duas partes, Orientem, & Occidentem diviſum. In Conſtantino Imperatore potentiſſimus Athanaſii, & Eccleſiæ Catholicæ Defenſor corruit.

Sæculum IV. A. C. 340.

An. 340.

§. VI.

Euſebii Cæſarienſis mors, & ejus Doctrina.

Circa eadem tempora, id eſt, anno 340. Euſebius Pamphili, Epiſcopus Cæſareæ in Palæſtina, ſua ætate facile in Eccleſia doctiſſimus, vivere deſiit. Præter opera, de quibus meminimus, nempe Tractatum contra Hieroclem, Præparationem, & Demonſtrationem Evangelicam, Chronicum, & Hiſtoriam Eccleſiaſticam, ſub vitæ finem ſcripſit amplum Tractatum contra Marcellum Ancyranum, vitam Conſtantini Imperatoris, ſeu potius Encomia, & Panegyrin, quæ quaſi vitæ ejus compendium eſt, eamque ipſe Euſebius in ſolemnitate anni trigeſimi

Socr. 2. c. 4.
Soz. III. c. 2.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN